



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Regulares non possunt pœnitentes suos à Casibus Sedi Apostolicæ & Ordinario Diœcesano reseruatis absoluere sine speciali licentia, n. 53.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Regulares non possunt pœnitentes suos à
Casibus Sedi apostolica & Ordinario
Dieceſano reſeruatis abſoluere ſine
ſpeciali licentiâ.

LIII. Veruntamen ne Regulares cuius
Ordinis, Congregationis, Socie-
tatis, & Inſtituti etiã Archiepiſcopali no-
ſtra auctoritate Ordinariâ approbati
potestatis ſuæ limites transcendant, quæ
Sacra Congregatio Cardinalium, qui E-
piſcoporum & Regularium negocijs &
conſultationibus præſunt, circa faculta-
tem abſoluendi à casibus Sedi Apoſtoli-
cæ, & Ordinario reſeruatis declaravit, ex
ipſiusmet Congregationis ſubiectis hic
verbis quiſque cognoſcere poteſt.

DECLARATIO

Sacræ Congregationis Episcoporum,
& Regularium, circa facultatem
abſoluendi à Casibus Sedi Apo-
ſtolicæ, & Ordinario
reſeruatis.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinaliũ
negocijs, & conſultationibus Episcopo-
rum,

rum. & Regularium preposita censuit, per
 Confirmationes Priuilegiorum, quas Re-
 gulares à Sede Apost. post Sacr. Conc. Tri-
 dentinum obtinuerunt, nequaquam reui-
 xisse Priuilegia prius ab eodem Concilio,
 ac deinde etiam ipsius Congregationis
 Decretis sublata, atque extincta, si que
 habebant, absoluedi à casibus Ordinario
 loci reseruatis: Quemadmodum nec in-
 dulta absoluedi à casibus contentis in
 Bulla, que in die Cœne Domini legi con-
 sueuit, utpotè sublata per annuam ipsius
 Bullæ publicationem, vires, aut robur ac-
 quisuisse ex subsequentibus Priuilegiorum
 Confirmationibus: Ac proinde Regulares
 cuiusuis Ordinis, Congregationis, Socie-
 tatis, & Instituti, etiam necessariò expri-
 mendi, nec intra, nec extra Italiam in-
 vum Priuilegiorum, aut Confirmationum
 eiusmodi, quas vel hætenus obtinuerunt,
 vel deinceps fortè obtinebunt, posse quem-
 quam absoluere ab eisdem casibus in Bulla
 Cœna,

pro Ordinandis. 85

Cenae, aut Ordinario loci reseruatis: Ac si
secus egerint, absolutiones nullas, atque
irritas fuisse, ac fore: In alijs vero casibus,
& censuris Sedi Apostolicae reseruatis, si
quidem Regulares habeant à Sede Aposto-
lica absoluendi facultatem, illam extra
Italiam minime sublatam fuisse iisdem
Sac. Congregationis Decretis hac de re e-
ditis iussu san. me. Clementis VIII.

Quam Sacrae Congregationis senten-
tiam Sanctitas Sua ad se relata appro-
bavit, mandauitque ab omnibus, ad quos
pertinet, inuiolabiliter obseruari. Romae
17. Nouembris 1628.

F. A. Card. S. Honufr.

P. Fagnanus Secr.

Regularibus omnibus vetitum est mini-
strare secularibus personis Sacramenta
Baptismi, & extra suas Ecclesias, Eu-
charistiae: item extremae Vnctionis, &
Matrimonij.

LIV. Quod Regularibus omnibus
d 7. de